



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Liber De Regno Dei, De Qvo Christvs Loqvvtvs Per Dies
quadraginta**

Flavin, Melchior de

Parisiis, 1566

De armis quibus vsus est Christus in suo certamine contra Satanam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29986

De armis, quibus vsus est Christus in suo certamine contra Satanam.

2. Cor. 10.

Ephes. 6.

Ephes. 6.

Ephes. 6.

Ephes. 6.

Ephes. 6.

Ephes. 6.

Ephes. 6.

Ephes. 6.

Ephes. 6.

Ephes. 6.

Ephes. 6.

Ephes. 6.

Ephes. 6.

Ephes. 6.

Ephes. 6.

Ephes. 6.

Arma, quibus vsus est Christus non sunt carnalia & huius sæculi, sicut nec bellum istud carnale est, sed spiritualia: 2. ad Cor. 10. & ad Eph. 6. quãdoquidem corporale neutiquam agit in spirituale per contactum, inimici verò sunt spirituales: ad Eph. 6. Ea autem arma duplicia sunt. Quædam enim quibus vsus est semel in carne sua mortali, quæ fuerunt eius caro & sanguis, tota denique natura humana assumpta, omniãque membra ipsius quibus tanquã instrumentis diuinitati vnitis, vicit & eiecit diabolum, ab his qui volunt esse milites sub Christo. Possumus etiam intelligere arma quibus vsus est in carne mortali, instrumenta passionis, crucem, clauos, lanceam, &c. quibus vsus exercens opus nostræ redemptionis contra diabolum, quem deuicit, vt mereretur regnũ super ecclesiam. Esa. 9. Factus est principatus super humerum eius, apprehendens arma & scutum, clauos, lanceam, coronã

quibus meruit apud patrem & manubias
 diaboli distribuit. Luc. 11. Si autem for- *Luc. 11.*
 tior illo superueniens vicerit illum, uni-
 uersa vasa eius eripiet, & spolia eius distri-
 buet. Abacuc 3. Cornua in manibus eius *Abac. 3.*
 Hieronymus, Cornua in manibus sunt
 vexilla crucis, & trophæa. Ibi est abscon-
 dita fortitudo quando dixit: Deus Deus
 meus vt quid dereliquisti me? Ecce no-
 uum regnandi modum. Alia sunt arma,
 quibus & nos vtimur sub Christo, mili-
 tantes videlicet, obedientia, humilitas,
 paupertas, patientia, &c. Zach. 9. & ad *Zac. 9.*
 Philip. 2. quibus armatus certauit, pro iu- *Philip. 2.*
 stitia ad vsque mortem. Hæc sunt quibus
 vulnerauit superbū Pharaonem. Psal. 88. *Psal. 88.*
 Vide ibi & victoriam, & gratiarum actio-
 nem. Lucæ 1. Fecit robur per brachium *Luc. 1.*
 suum. De his armis Psal. 44. Sap. 5. Psal. *Psal. 44.*
 90. Rom. 13. Fides, spes, charitas, patien- *Sapient. 5.*
 tia, humilitas, cæteraque virtutes arma *Psal. 90.*
 sunt nostri Imperatoris Christi, quibus *Rom. 13.*
 ineffabili modo mutat corda hominum
 destruens arma diaboli in omnibus qui
 sub rege Christo militare statuerūt *Psal. 45.*
 45. Venite & videte opera Domini, &c.
 auferens bella: arcum conteret, & con-

us in
 n.
 e Chri-
 ec bel-
 est, sed
 r. 10. &
 e neu-
 ctum,
 Eph. 6.
 ædam
 ne sua
 nguis,
 mpta,
 anquã
 & eie-
 te mi-
 ntelli-
 mor-
 n, cla-
 rcens
 diabo
 regnū
 rincipi-
 endēs
 oronã

*Luca 12.**Ioan. 4.**Rom. 6.*

fringet arma, & scuta comburet igni. De quo Luc. 12. Illo igni liquefcit omnis armatura diaboli & confumitur tumor, arrogantia, præfumptio de fuis viribus, amor fui & huius sæculi. Ioan. 4. Qui biberit ex aqua quam ego dederò ei, non fitiet in æternum. Illa aqua eft charitas, & amor: qui etiam dicitur ignis qui confumpfit in Magdalena voluptatem, &c. Item ficut membra Chrifti fuerunt eius arma, fic noftra, quibus debemus pugnare aduerfus diabolum. Rom. 6. Exhibete membra veftre feruire iuftitiæ. Chriftus abftulit arma noftra, quibus certabamus contra Deum, & fecit pacem cum Deo. Attamen reliquit nobis bellum affiduum cõtra diabolum, & regnum eius. Docuit tamen nos pugnare contra illum tyrannum iam victum & dedit fua arma quibus eum oppreffit. Siquidem in omnibus Chrifto regeneratis, victus eft diabolus vt non dominetur ad interitum fempiternum. Victus eft, inquam, in his qui fpiritum fidei fufceperunt, non tamen ligatus omnino, neque exactus extra fines ecclefiæ. Vnde perdius & pernox impugnat & infidiatur, quia nondum eft completa

pleta victoria, sicut Iud. 3. relictis Chanaanē in exercitiū Israelitarum. Atqui quādiu erimus in hac militante ecclesia, & campo certaminis, opus est assiduè pugnare. 1. Pet. 5. & orare ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. Data est enim potestas tentandi nos. at in bonum nostrum. 2. ad Timoth. 2. Non coronabitur nisi qui legitimè certauerit. Incessit nos siquidem per carnē, vt Adam per Euam. Genes. 3. quatenus auertatur mens à Deo per sensus internos externosque, à quibus dependent operationes, intellectus, & voluntatis, quibus colitur Deus spiritu & voluntate, fide & amore: interim per Christum effractum est robur eius. Apoc. 20. Pugnavit olim in deserto Christus 40. diebus Mar. 1. armatus colloquio, diuino verbo, oratione perenni, & ieiunio: vt Moyses in monte Synai. Matth. 17. Hoc genus dæmoniorū non eijcitur nisi in oratione & ieiunio: in passione verò 40. horis pro quo certant pater, angeli, & omnes item creaturæ. At in secūdo aduentu debellaturus orbem, & euacuaturus omnem principatum & potestatem, intrusurus dæmonem cū suis

1. Pet. 5.

2. Tim. 2.

Gen. 3.

Apoc. 20.

Mar. 1.

Matth. 17.

Luc. 21.

in ignitum carcerem armabit totam cœlestem militiam. Luc. 21. Virtutes cœlorum commouebuntur, adeoque omnem creaturam in ultionem inimicorum. En bella, victoriam, arma nostri regis Messia, non carnalia, vt prestolantur in suo Messia Iudæi, sed spiritualia, qualia etiam cognouerunt Cabaliste eorum, alique professoris ingenij. Nunc velamen positum est super cor eorum cum legitur scriptura. 2.

2. Cor. 3. & Esa. 29.

ad Cor. 3. & Esa. 29. Sed veniet quando corda filiorum conuertentur ad corda patrum, vt sentiant cognoscantque differentiam primi & secundi aduentus Christi, quorum primus est in humilitate, & deiectione, alterum verò in potentia & gloria. Matth. 24. Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa, & maiestate: & tunc plangent omnes tribus terræ.

Matth. 24.

CAP. I3.

De victoria Christi, & premio victoriae.

CHristus occultè pugnauit, primùm aduersus Satanã & regnũ eius per suos Adam, Euã, Abel, Seth, Enoch, Noe, pa-